

PRAELECTIONES ACADEMICAS

LABORIS AESTIVI

PUBLICI PRIVATIQUE MATERIAM

RECTOR

IO. HERMANNVS

BENNER

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT

EASQUE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMIAE

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM

RITE COMMENDAT

P. P. XXIII. APR. MDCCLXIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

GISSAE,

EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Academiae Senior.

Historiam dogmatum per universam Theologiam, superiore semestri bono cum Deo coepram; publicis lectionibus continuabit, privatim vero lectiones polemicas in Syllogem controuersiarum Fechtianam auspiciabit, & exercitium disputatorium separatis quibusdam horis in eandem instituet.

D. IO. HERM. BENNER.

b. a. Decanus.

Absoluit intra menses aestiuos *b. BAUMGARTENII theologiae moralem*, rerum ubertate, & methodi praestantia commendabilem. Quam denuo ordietur, si qui volent. *Dogmaticae theologiae pars tertia* superest, a capite *de iustificatione*: qua finita, statim ad principium recurreret, vel utrasque praelectiones diuersis horis coniungeret. Rem *hermeneuticam & exegeticam* iuuabit exponendo aliquam ex *epistolis Pauli*, sic tamen, ut *praxis* simul pietatis interferatur.

D.



D. IO. STEPH. MÜLLER,

Prof. Theol. Ordin.

Publice sic suos auditores in *Theologiam reuelatam* introducit, vt optimas ipsis causas sempiternae felicitatis demonstret in religione Christianorum reuelata. Ansam sibi ipse praebebit. *Priuatim* cum *Theologiam Dogmatico-Polemicam* tradit, Episcopo, Gunnero, duce; tum docet quoque *Theologiam moralem*: in qua vt filum, quod sequeretur, haberet; ipse in lucem edidit die *Sittenlehre Jesu*. Ceteras horas *priuatissimis* impendit lectionibus.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Praelectiones in ius *publicum*, *Germanicum priuatum & feudale* de integro resumet. Principia quoque *processus summorum Imperii tribunalium*, si ita videbitur, denuo tradet.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH.

Ius naturae, *Institutiones iuris ciuilis*, *Digesta* duabus per diem horis, & *ius canonicum* cum iure *Protestantium ecclesiastico*, docebit. *Disputatoria & examinatória* desiderantibus offert.

Facul-



* *
Facultas Iuridica nouum membrum Serenissimis auspiciis
mox sinu suo recipiet.

In Facultate Medica.

D. GEORGIUS LVDOVICVS
ALEFELD,

Anat. Chirurg. & Botanic. P. P. O.

Praeter *praxin clinicam*, quam hoc semestri absoluet;
neurologiam & *Angiologiam*, nec minus *chirurgiam* doce-
bit, dataque occasione dissectionibus cadauerum in theatro
anatomico vacabit.

* * *
Facultas Medica, ex voluntate Serenissimi Principis nostri,
nouo membro proxime augebitur.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. moral.

Faciet iuris naturae, ethices ac politices interpretationem,
ad eamque adiunget expositionem oeconomiae, in qua
qua



de rebus rusticis atque vrbanis, de politia & de pecunia publica tractanda disputatur.

ANDREAS BOEHM,

Log. Met. & Math. P. P. O.

Logicam, metaphysicam, mathesin consueto tempore & diligentia solita docebit.

D. LVDOV. GODOFREDVS MOGEN,

Historiarum Professor Ordinarius.

Publice hora VIII - IX. *historiam Imperii nouissimam*, duce Ill. BYDERO tradet. Priuatim hora IX - XI. *historiam Statuum Europae* praeunte Cel. ACHENWALLO; hora X - XI. *historiam Imperii Romano-Germanici* integram, (originum Iuris Publici Germanici vbique rationem habiturus) ad filum B. SCHMAVSSII, exponet; & denique hora XI - XII. in B. KOPPII *historiam iuris vniuersi*, videlicet Romani, Canonici, feudalis Longobardici, feudalis Germanici, Germanici priuati & Germanici publici, commentabitur.

IOH. GEORG. BECHTOLD,

utriusque eloq. Prof. ord. alumnorumque principalium Ephorus.

Publice X. Virgilii eclogas, aut, si magis placet, aliquas Horatii Odas, easque elegantiores, praeleget, & ad omnes



omnes artis leges excutiet. Priuatim 1) lectiones stili elapso semestri aestiuo, duce Heineccio, absolutas de integro inchoabit. 2) Post explicatas de *dispositione integrae orationis*, de *inventione & diuisione thematis oratorii*, nec non de *definitione oratoria* doctrinas nunc, quae circa *sylogismum & enthymema oratorium* scitu vtilia non minus, quam necessaria sunt, *pathologiamque oratoriam* auditoribus suis tam sacrae, quam ciuilis eloquentiae studiosis distincte & ordinate, vt coepit, proponet; corporis eloquentiam, *actionem*, quam alias rhetores vocant, minime neglecturus 3) disputationes priuatas, quibus iam per integrum semestre proxime praecedens, non sine felici-rei successu, auditorum suorum diligentiam exercuit, sedulo continuabit 4) priuatissime, si par labori sustinendo auditorum aderit frequentia, collegium aestheticum instituet.

D. GEORGIUS LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. natur. P. P. O.

Philosophiam naturalem tam dogmaticam, quam experimentalem more hucusque consueto tradet.

* * *

Quamuis vacua adhuc sit LL. OO. professio, adsunt tamen viri quidam docti, qui collegia Graeca, Ebraea, Chaldaica, accentuatoria &c. &c. pro desiderio Nobil. Dnn. Commilitonum, instituent.

Prae-



Praeter ista, Generosissimis Nobilissimisque Cuius de
luculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra,*
Gallicae item & Italicae linguae scholis; per magistros
eorum peritissimos, publice constitutos, abunde
prospectum est.

